UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Pecc. II. mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

tra duo præcepta diſtincta, vt quando in eodem die occurrunt duo præcepta ieiunij. cap. 11. num. 4.

Qui committit vnum peccatum, ex quo alia ſequuntur: vnum tantùm peccatum cõmittit. ibid.

Peccata differunt ſpecie penes obiecta, & fines. num. 17. Peccatum factum ex confidentia veniæ leuius eſt. cap. 6. num. 4. Licitum eſt gaudere de bonis effectibus ſubſecutis ex peccato: non tamen de peccato. cap. 11. num. 46.

PECCATVM mortale

Eſt *dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam Dei*. Lex autem æterna eſt *ſumma Dei ratio, quæ iam in ſe ab æterno cuncta ordinauit, & poſt mundum creatum omnia gubernat*. Præl. 7. num. 5.

Quidquid eſt contra legem, & rationem naturalem, eſt contra legem æternam: non tamen è contrà. ibidem.

Peccatum aliquando poteſt remitti ſine dolore formali. cap. 1. num. 6. 10. 13.

Voluntas peccandi mort. cum hac condi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tione *Si Deus non prohibuiſſet*, non eſt mort. cap. 17. num. 4.

Peccatum in ſpiritum Sanctum *eſt contra bonitatem, quæ ſpiritui Sancto attribuitur.* Et eſt ſextuplex, Deſperatio, Præſumptio, Impœnitentia, Obſtinatio, Impugnatio veritatis agnitæ, Inuidia fraternæ gratię. Dicuntur irremiſſibilia, non quia non poſſunt remitti, ſi adſit vera pœnitentia de eis: ſed quia ſecundùm ſuam naturam repellunt principia & media, quibus remittuntur peccata. cap. 23. num. 126.

PECCATVM III. Veniale, *eſt præter legem, & non contra legem.* Sed ſic contra legem æternam. Præl. 7. numer. 16. Requirit dolorem formalem, vel virtualem, & poteſt eſſe dolor de vno, & non de alio. c. 1. nu. 15.

Poteſt validè abſolui à religioſo non habente facultatem à prælato. Imò licitè, dummodo non ſit illi prohibitum per ſtatutum religionis, vel mandatum Superioris. cap. 4. num. 1.

Peccatum veniale nunquam eſt licitum, nec ad vitandam proximi mortem. cap. 14. num. 31. lit. D. Nouo num. 32. §. 8.

Poteſt remitti ſine mortali. No. cap. 3. n. 7.

PECVLIVM. vide Bona Caſtrenſia. Pecunia, vide tit. moneta.

A PENSIO *eſt ius ſpirituale, aut illi annexi,*

rem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN